THOMAS CANTIMPRATENSIS
Entstehungsort unbestimmt, spätes 13. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



incarnatum. corporaliter inuisceratum.
Item. Bernhardus. quia tu dignus
non eras. cui filius dei daretur da
tus est marie. ut per eam recipes
quicquid haberes. Item. Bernhardus.
fiat obsecro michi uerbum non prolatum
quod transeat. sed conceptum ut ma
neat. carne indutum. non aere for
matum. fiat inquit michi uerbum
non tantum audibile auribus. sed et
uisibile oculis. et palpabile manibus
et gestabile humeris. Ideoque per omnia
Benedictus fructus uentris tui. non
quia tu benedicta. ideo benedictus fru
ctus uentris tui. sed quia ille te pre
uenit in benedictionibus dulcedinis.
ideo tu benedicta. et uere benedictus
fructus uentris tui. in quo benedicte
sunt omnes gentes. Est ergo benedictus
in odore. benedictus in sapore. bene
dictus in specie. De odore. Ecce odor
filii mei. De sapore. gustate et uide
te et cetera. De specie. Speciosus for
ma prefilius hominum. Bernhardus.
Omnia nostre uirginis dignitas. ad
quam summo regi non suffecit an
gelum mittere. immo archangelum.
nisi et ipse dominus uirtutum. rex glorie.
ut magis ostenderetur. eiusdem uir
ginis gloria. per se nuncium suum preue
niens. tanta instancia sibi cordis
eius thalamum peteret aperiri. Di
cens incantice. Aperi michi soror mea
et cetera. An non nuncium preuenerat.
quem nuncius ibidem inuenit. Si enim
angelus ibidem non inuenisset. non di
xisset ad uirginem. Dominus tecum. Bernhardus.
Conuenienter dicitur beata uirgo re
gina mea. que diuine pietatis ab
yssum cui uult. et quando uult. et

quantum uult. creditur aperire. ut
qui uis peccator enormis mortuus non
intereat. cui sancta sanctorum auxi
lii sui patrocinium. prestat. Idem. Ipsa
caput uenenatum contriuit. quia
tam te carnis illecebris. quam de
superbia mentis hostem nostrum redegit
in nichilum. Idem. Ipsa fuit sine cor
ruptione fecunda. sine grauitate
grauida. sine dolore puerpera. Idem.
Virgo regia geminis ornata uirtutum.
pulchritudine sua celi ciuium in
se prouocauit aspectum. ita ut regis
animum in suam concupiscentiam
inclinaret. et celestem nuncium de
superius adduceret. Bernhardus.
De assumptione. peccator non desperes
de misericordia. ante filium stat mater.
ante patrem filius. mater ostendit
filio pectus et ubera. filius patri
latus et uulnera. et nulla erit i
bi contradictionis uia. ubi tot di
lectionis concurrunt insignia. Idem.
de incarnatione. Diues in omnes
et super omnes maria. de cuius substan
cia modica pars assumpta. totius
mundi sufficit soluere delicta. De
natiuitate marie dicit. quidam sa
piens. Orta est maria plena gratia.
quia dum uiuit repletur spiritu sancto.
cum moritur repletur gloria. Idem. de
incarnatione. Mirito uite respiciunt.
oculi omnis creature. quia uite et
parte. et de te benignissima manus
omnipotentis. quicquid creauerat.
recreauit. Item illud apostoli. Scio hu
miliari et cetera. quidam exponit de beata
uirgine sic dicens. Sciuit uirgo et
cum uiro esse. sciuit exilium pati.
et ubique quasi patriam suam facere.